



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Commvniõnis Tum pro Sacerdotibus, tum pro omnibus fidelibus communicaturis

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

An obliget eos, qui paulo ante periculum communicarunt, §. 2.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41783

ad Communionem concedere.
 Excipe, nisi fuga ejusdem Rej,
 ex quadamnum publicum, vel
 mors ipsi judici posset oriri, ra-
 tionabiliter timeretur: nam
 tunc licebit contra vim vi se de-
 fendere.

3 Non tamen præceptum ejus-
 modi ad eò rigidè suscipiendum
 est, ut infirmo, qui nullo reme-
 dio, (de quo infra §. 9. num. 1.)
 valet sacram hostiam deglutire
 possit & propinari sanctissimus *g Fagun.*
 Sanguis: quia hoc præceptum *Suar. alii-*
 non obligat nisi debito modo. *que apud*
Dian. p 5.

§. 2.

*An obliget eos, qui paulo ante
 periculum communi-
 carunt.*

*tr. 3. ref. 34.
 esto posse
 doceat O-
 chag. ibid.*

4 **Q**ui v. g. duos, vel tres,
 immo & octo, vel de-
 cem dies, antequam in pericu-
 lum incidit, communicavit, ob-

M 2

liga-

*a Vasa de
Euchar.
disp. 214.
§. 2. n. 12.*

ligatur ne iterum communicare
eo superveniente periculo? Ob-
ligari docent aliqui: *a* si quidem
Communio antecedens, cum
non fuerit exhibita, quando ur-
gebat præceptum, præcepto
non satisfecit. Ad eum modum,
quo, qui Missæ interfuit die Sab-
batho, non satisfecit præcepto
de Missa die Dominico audien-
da.

*b Syar de
Euc d. 69.
sec 2 §.
Rogabis
De Lugo
d. de Euch.
§. 2. sec. 2.*

§ At non obligari melius do-
cent alii. *b* Ratio præcipua est,
quia hoc præceptum non obli-
gat nisi circum circa periculum
vitæ, sive à me ignoratum, sive
scitum: obligat enim, ut propè
mortem inveniar Sacra Eucha-
ristia refectus. Confirmatur,
quia plura inveniuntur hujus
generis præcepta, quibus satis-
fit, si paulo antequam urgeat
præceptum, adimpleantur. Sic
si Novitius, vel Clericus recitet
officium mane antequam pro-
fessionem emittat, vel ordinetur

in sacris ; non illum obligabis eodem die, post emissam professionem, vel ordines susceptos, iterum recitare : sic Sacerdos, qui celebravit mane in loco, ubi non erat festum de præcepto, si postea, eadem die, se conferat in locum, ubi festum celebratur, non obligabitur ad audiendum iterum sacrum. Idem de laico, qui mane sacro interfuit, in prædicto loco non festivo, & postea ad festi locum accessit. Eodem ergo modo in casu nostro, &c.

¶ Missa igitur, Dominica die ideo audienda est ex præcepto ab eo, qui audierat Sabbato; quia in honorem diei Dominici latum est præceptum de sacro tunc audiendo, qui honor tali diei addictus, non exhibetur die Sabbathi. At in nostro, & in prædictis casibus, habetur finis præcepti, qui est refici spiritualiter circa mortis periculum :

non sic se habet orare quotidie, & colere diem festum: licet enim finis non cadat sub præcepto; ostendit tamen præceptum sic, vel sic esse intelligendum.

§. 3.

An obliget eum qui communicavit in Paschate.

7 **S**I communicavit quis in Paschate, & post aliquod notabile tempus, puta post mensem, incidit in periculum v^æ ræ obligatur a iterum communicare. Ratio est, quia ex una parte hæc sunt duo præcepta, alterum communicandi in Paschate Ecclesiasticum, b alterum, communicandi in periculo mortis, ex communi sententia Divinæ & simul, & Ecclesiasticum: & ex alia parte per unam sumptionem utrique, in casu dicto, satisfieri non potest: cum propter illam
distant

a Suarez,
Va q. Va.
let aliquo
que sequi-
tur, & cis
tat Hurt.
de Euch.
d. 10 d. ff. 2
b Idem ib.
c Idem ib.

dist
cessa
habe
temp
qui n
incid
culu
post
gabit
Rati
ctior
tur;
nem
cere
clare

An h
E
con
ali
8
com